











# Gospel for the Feast of St. Peter of Verona


Tonus ad líbitum

**D**  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti  
 Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


**I**  -n illo témpore: Dixit Jesus discípu-lis su-is: Ego sum vi-tis vera: et  
 Pater me-us agrícola est. Omnem pálmí-tem in me non feréntem fructum,  
 tollet e-um: et omnem, qui fert fructum purgábit e-um, ut fructum plus  
 áfferat. Jam vos mundi estis propter sermónem, quem locútus sum vobis.  
 Manéte in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a  
 seme-típso, ni-si mánsarit in vi-te: sic nec vos, ni-si in me mansé-ri-tis.  
 Ego sum vi-tis, vos pálmí-tes: qui manet in me, et ego in e-o, hic fert




fructum multum: qui-a sine me nihil potéstis fá-cere. Si quis in me non



mánserit, mittétur foras sicut palmes, et aréscet, et cólligent e-um, et in



ignem mittent, et ardet. Si manséri-tis in me, et verba me-a in vobis



mánserint: quodcúmque volu-éri-tis, peté-tis, et fi-et vobis.